



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 1. Navarræ Rex in Franciæ Regem salutatus sub Henrici IV. nomine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)



Henricus IV. Franciæ Rex Calvinismum abiurat.

Flaubert Sc. 19.

HISTORIÆ
 ECCLESIASTICÆ
 CONTINUATÆ
 LIBER CLXXIX.

~~~~~  
 SIXTUS V. postea URBANUS II. ac demum  
 GREGORIUS XIV. PP. MAX.  
 RUDOLPHUS II. OCCID. IMP.

§. I.

*Navarræ Rex in Franciæ Regem salu-  
 lutatus sub Henrici IV. nomine.*

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1589.

**M**ortuo Henrico III. mox Navarræ  
 Rex sibi Franciæ, & Navarræ  
 Regis titulum vendicabat; quip-  
 pe successionis jus ad ipsum quidem  
*Hist. Eccles. Tom. LI. A*

*Thuan. l. 97.  
 Aubigne hist.  
 de France t. 3. l. 2. n. 23.*



**Sæcul. XVI.**  
**A.C. 1589.**  
devolvebatur: ast hæresis, quam palam profitebatur, Principes, Proceres, plurimosque Belliduces absterrebat, quominus unanimi consensu in Navarri electionem conspirarent: hinc die secunda Augusti noctu habito consilio, quid in præsentis rerum vicissitudine agendum, inter se deliberabant.

§. II.

*Principum, ac Procerum sententia circa Successionem.*

**Thuan. l. 97.**  
**Daniel hist.**  
**de France**  
**tom. 7.**  
**Davil. t. 10.**  
Sanior æque, ac potior pars ita censebat: „Regni diadema quovis demum periculo Navarræ Regi assertatur, nulloque pacto hujus Principis jura, ac lex falica violentur: nec aliud superest medium ad vitandi Regni divisionem; secus enim illud in tot dividetur Reges, quot numerantur Principes, vel armis potentes, aut successionis jus sibi attribuentes, sed demum se tyrannico exterorum Principum imperio subicere necesse erit: nunc vero hac in occasione facile deprehenditur, quod Deus hujus Principis causæ patrocinetur, eumque ad solium manu ducat; is enim urgente Regni necessitate milites contraxerat, pacem cum Proceribus inierat, ac non sine prodigio sua jura armis defendendo parem sese reddiderat: exacte igitur